

Notitiae Ecclesiasticae saeculi II.

commemorat Socrates lib. 4. cap. 11. Cœlestius similiter hæresiarcha damnatus ab Innocentio Papa Zosimum ejusdem successorem circumvenerat, adeo ut litteras reprehensionis ad Concilii Carthaginensis Patres scripserit, quasi precipiti iudicio virum bene de fide sententem condemnasset. Idem tamen Zosimus, postquam Africani Episcopi laryam Cœlestio detraherunt, hunc ipsum convictum iterato anathemate percutit, prudens tamen litteras communicatorias, quantumvis deceptus, eidem denegarat; utpote quem praefecor Innocentius palam damnaverat. De Tertulliano, mirum est quod postquam Cataphrygas cum Montano inter hereticos in suo de prescriptionibus libro connumerasset, idem postmodum sic ab eisdem dementatus fuerit, ut eorum partes aduersus Catholicam Ecclesiam præfæcere tueretur. Sed hominem proprii ingenii fiducia superbientem, & ad omnia que severitatem sapiebant immode propensum, miserabiliter deluit magnifica illa Paracleti & prophetiarum larva, simulque jaçantia hominum, qui nihil aliud personantes quam perpetua Jejunia, auferitatem vite, continentiam a nuptiis, martyrii appetitatem, orthodoxyis omnibus, tamquam carnibus, & animalis vita professoribus, insultabant.

15. Idem fere temporibus Tatianus natione Syrus ex Philosopho Platonicus Justinus Philosophi Christiani & martyris discipulus, a quo christiana fide imbutus fuit, & qui pro sincera fide dimicavit, dum vixit præceptor & cæchesiles Justinus, post ejusdem felicem obitum erroribus Valentini se implicuit. Marcionis quoque & Saturnini amplexus est continentiam, carnibus vœci sacrilegum putans, nuptias execrationi habens, vini usum tam pertinaciter condemnans, ut ipsum & a communione vieti, & a facis mysteriis excluderet. Ex hoc auctore heresis Eneratitarum, id est, Continenitum, ortum duxit: quam futuram prædictarunt Apostolus 1. Tim. 4. Tales fuere Marcionites, Eustathiani, Montanites, & quotquot aliquorum ciborum, & vini, & matrimoniorum damnatores erant, quasi rerum damnabilium; quas vel malus Deus, ut volebant Marcionite & Manichei, vel cœdemon produxerat; vel hominum, ut accusabant Cataphryges, incontinentia invexerat. Ita Tatianus dum recte aducit de fide sentiebat, volumen editid adversus gentes: postquam autem descivit a recta fide, unum ex quatuor Evangelii librum compilavit inscriptum *Adia recupari*, in quo tamen studiose refecavit quaecumque de genealogia & carne Christi ab Evangelistis scripta fuerant, vir scilicet Marcionita.

16. Saeculi hujus scriptores, ecclesiastici, quorum aliqui saeculo etiam anteriore manum scriptio admovereant, fuere Clemens Papa, cuius extant Recognitionum Apostolicarum libri octo, cum aliquot epistolis. Sed inter bonas fruges his comprehensas inimicus homo zizania supereminavit. Etenim multa his supposititia heretici olim inferuerunt. Ignatii litteræ præstinam illam sanctitatem & apostolicum fervorem undique respirant. Idem esto iudicium de Polycarpi ad Philipponenses episcopo. Papia Joannis Evangelista discipuli ab antiquis commendata historia ecclesiastica intercederunt. Sancctorum Christi martyrum libri eruditio atque pietate referunt. Idem confundit de attributis Dionylio Areopagite libris. Melito Sardensis Episcopus, Apollinaris Hieropolitanus, & Dionysius Corinthius Episcopi, scriptis insignibus Ecclesiæ illustrarunt. Praclaras pro Christianis apologeticas procederunt ante omnes Quadratus Atheniensis Episcopus, & Aristides pariter Atheniensis ad Hadrianum Imperatorem, qui tum temporis hyemem Athenis transfigebat. Deinde Justinus unum ad Senatum Romanum, & alteram ad Antoninum Pium Imperatorem. Melito Sardensis, & Athenagoras, singuli suam apologetiam Marco Aurelio Princi pro Christianis obtulerunt. Theophilus Antiochenus Episcopus, sub Marco Aurelio & Commodo, ingruentes tunc heres pluribus voluminibus oppugnavit. Superfuit hujus in Bibliotheca Patrum tres ad Autolycum libri, & in quatuor Evangelia Commentarii, quorum Hieronymus in Catalogo meminit. Panteni etiam libri celebres fuerunt. Hic Alexandrina Schola magna commendatione, & discipulorum concursu presul: quorum unus exitit Clemens Alexandrinus. Iustinus Pantenus a Juliano Alexandrinus Episcopo, ut scribit Eusebius, aut a Demetrio Juliani successore, ut tradit Hieronymus, ad Indos, regnante Commodo, profectus est, ad prædicandum huic genti Evangelium. Quo munere aliquandiu functus, Alexandriam reversus Scholas iterum moderatus est ad usque viam finem. Sub eodem Commodo Imperio, Apollonius Romanus Senator, a proprio servo delatus quod Christianus esset, jussuque religionis sua rationem reddere, luculentem edidit pro Christiana fide defensione apologetiam, quam coram Senatu recitavat. Cujus tamen decreto absculo capite in celum evolavit.

17. Saculum istud cum sit Concilii vacuum, nos cir-

ca perquisitionem veterum Ecclesiæ rituum, & disciplina que præscis illis Christianissimis temporibus floruit, exercitare. Quod utique institutum eo pertingit, ut hujus operis lectio permultum ad universam rerum ecclesiasticarum notitiam conducat; prætereaque, hujusmodi notitiae defectu innumera Patrum & Conciliorum veterum loca percipi ac intelligi non possunt; neque ordo neque progressus, ac vicissim ecclesiastica disciplina. His additæ cognitionem hujusmodi multum habere jucunditatis & gratia.

DISSERTATIO I.

De Manum Impositione.

1. Confert plurimum ista Dissertation ad antiquorum Canonum, & veterum Ecclesiæ Doctorum intelligentiam. Scindunt in primis quid manum impositione significet. Eam vero noticiam nobis egregie tradit S. Dionysius Hierax. Eccles. cap. 5, scribit enim, per hanc significari eum, cui manus imponuntur, constituti sub divina manus protectione; præterea virtutis, divinitatis gratia in subjectum caput effusionem: tertio diabolica fraudis & malignitatis depulsionem: quarto denique sub Deo subjectionem, ut nihil extra ductum ejus & auspicium a nobis agatur; quasi Deo nos sibi manu sua vindicante, in deo ipsaproximus Christus erit, quæ pars ipsius patrum tuu teatraproxius erit, non nisi deinde ipsi patrum ipse patrum. ostiis per eum & dñm ipsi patrum dñpiti patrum & sacerdotum auctoꝝ dñpiti patrum. dñpiti patrum de ipsa eis patrum tui ipsi patrum epeptas dñpiti patrum deo patrum patrum tui ipsi patrum. qd. tñm dñpiti patrum auctoꝝ epeptas tui ipsi patrum epeptas tui ipsi patrum. Pontificia autem manus impositionis simul quidem manifestat sacramentalem protectionem, qua tamquam sancti pueri paternæ protectione foventur: que quidem Sacerdotalem det eis habitum & virtutem: contrarias autem potestates ab eis depellat: docet etiam sacras functiones obire eos qui consecrati sunt, ut sub Deo agentes, omniumque actuum suorum diuinam habent. Manum impositionis dicitur Christus erit, Act. cap. 6. v. 6. & c. 8: v. 17. 18. 19. & 1. Tim. 4. v. 14. & 2. Tim. c. 1. v. 6. Concilium Nicenum primum can. 8. & 19. Ordinationis & consecrationem verbis *Xerophorias* & *Xerophoreras* exprimit: necnon reliqua deinceps Graeca Concilia & SS. PP. tametsi vox *Xerophorias* quavis etiam multitudinis suffragia & electiones significet, nec tantum Sacerdotes, sed etiam Diaconi manum impositione consecrarentur: ut resurget de primis septem Ecclesiæ Diaconis, Act. v. 6.

2. Ad diversos effectus manum impositione utebatur Ecclesia. Præclare glossa in capit. manus impositionis, 1. quæst. 1. quinque recentes species manum impositionis, consecratoriam, confirmatoriam, ordinatoriam, reconciliatoriam, morborum curatoriam. Marcus Rementis de variis capitib. Eccl. cap. 18. has differentias accurius pertractat, his verbis: Non uno modo semper impositionis manus intelligitur, sed pro diversitate illorum sub diversa significatione reperitur. Aliquando etiam pro confirmatione Neophytorum accipitur, ut in decreto Apostolicorum virorum, Clementis, Urbani, Melchiadis expressum sepenumeru reperitur. Nunc pro ordinatione Sacerdotum, sive Diaconorum, juxta illud Apostoli ad Timotheum: Nemini cito manus impoſueris: quod & Canones apertissime prescribunt. Est & reconciliatoria manus impositionis, per quam panentes heretici, sive schismati, Sancta Romana Ecclesia reconciliantur; de qua simili Canones multa dicunt, & de qua B. Augustinus lib. 3. de Baptismo contra Donatistas testatur quod nihil sit nisi oratio super bonum, qua iterari possit. Fit etiam manus impositionis super infirmos, juxta illud Evangelii: Super agros manus imponit, & bene habebunt. Item super catechumenos & cum simpliciter aliquem benedicimus, manus ei antiquo more imponimus. Sic enim Jacob Patriarcha, cum filio Joseph benedicet, manus eis imposuit. Et Dominus in Evangelio oblatos sibi parvulos per impositionem manus benedixisse legitur. His additæ impositionem super Diaconis, de qua in Dissertatione proxime sequenti.

3. Manum impositionis ad Confirmationis sacramentum folius est Episcopi officium. Hujus præcessit exemplum in Apostolis Petro & Joanne Samariam missis, ut urbis hujus habitatoribus paullo ante a Philippo Diacono baptizatis confirmationis signaculum conferrent, quo cum advenissent, imponerant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Scite vero hoc docet S. Cypr. epist. 73. ad Jubaianum: Quod debeat, id a Petro & Joanne factum est, ut oratione pro eis habita, & manu impositione invocaretur, & infunderetur super eos Spiritus sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesiæ bapti-

De man. impos. & Diaconis. Diss. II.

baptizantur, prepositis Ecclesiæ offerantur, per nostram orationem, ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico consummentur. Cornelius etiam Papa in epist. ad Fabium Antiochenum, quam refert Eusebius lib. 6. H. Eccl. cap. 35. ita de Novatiano schismatico scribit: In leto, in quo decumbebat, aqua circumfusa Baptismum accepit, si modo talen hominem baptismum accepisse dicendum sit: verum morbo rānam clausus, neque cetera, quibus post baptismum secundum Ecclesiæ Canonem imbi oportuerat, acquistauit; neque Domini sigillo ab Episcopo obsequatus fuit: quo quidem nequitiam potius, quomodo queste Spiritum sanctum ade-

4. Ad idem quoque Sacramentum, quod SS. PP. signaculo nomine designant, Innocentius Papa III. cap. unico, de faera Unct. in sacris in quibus unctio adhibetur, duplum considerandam unctiōne docet, extermum nimis atque sensibilem, alteram vero internam & invisibilē, cuius auctor agnoscendus sit sacerdos Spiritus Dei. Prima illaunctione in tribus linimur Sacramentis, Confirmatione, Ordinatione, & ultima infra unctiōne, illaque ad substantiam pertinet trium Sacramentorum. Ea vero secunda, que interior est unicō, ad gratiam pertinent Sacramenti, & ad omnia etiam extra Sacramentum superna charismata. Ejus generis est unctio, qua delibata est factio[n]a Cbristi Domini humanitas, prædicente Isaia: *Spiritus Domini super me, propter quid unxi me*, Rege etiam canente Psalmista, *Onxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae pre confortibus tuis*: Et Petro Apostolo in Actib. Apostolorum enum. unctione, *Unxit eum Spiritus sancto & virtute*. De Christianis interna unctione delibutus Paulus 2. Cor. 1. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus, & signavimus, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Quemadmodum etiam 1. Joann. 2. Et vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis ut aliquis doceat vos. Sed sicut unctio eius docet vos de omnibus, & verum est. Atque idem Innocentius, sermonem suum prosequens, ingeniose divini Spiritus unctioni columbam Spiritus sancti symbolum accommodat, qua in arcum Noe revolavit virginis olive ramum deferens, qua ex arbore oleum exprimitur. Est denum alterum unctionis externa genus remoniale, & tantum Sacramento accidens; qualis est in capsulis & peccatore atque vertice baptizati unctio olei, qua ex Apostolica etiam institutione ortum habet.

5. Fieri quoque solebat impositionis manum Episcopi simul & Cleri, in reconciliatione publice penitentium; quem titum Cypritanus commemorat epist. 10. Nam cum in minoribus peccatis (scilicet comparatione habita cum peccatis fidei Christiana desertorum, de quibus ibidem Cyprianus, tametq; ea de quibus loquitur quasi de minoribus, gravia in seipsis essent, quippe quæ publica penitentia eluenda essent) agant peccatores penitentiam justo tempore, & secundum discipline ordinem ad exomologissem veniant, & per manus impositionem Episcopi & Cleri ius communicationis accipiant. Nunc trado tempore, perfectione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesia ipsius pace, ad communionem admittuntur, & offeruntur coram nomen, & nondum penitentia acta, & nondum manus eis ab Episcopo & Clero imposta, &c. Nec tantum in reconciliatione penitentium, sed etiam inter preces, quas diebus jejuniorum fundebant Sacerdotes supra penitentes, manus quoque eisdem imponebant: ut habetur Concilii quarti Carthaginensis, can. 80. Energiensis etiam exortio quotidie manus imponebant, ibid. can. 90. Manus impositionis ad Confirmationis sacramentum olim requiri, nunc quoque usi viget. Nam Episcopus manus fronte imponit, similibus inungit & oblinit, ut testatur Amalarius Fortunatus Episcopus Tirenensis, lib. 1. de Offic. Eccl. cap. 27. sub finem, his verbis: Ut ab Episcopis solis innungatur per manus impositionem, ab Apostolis acceptum est. Denique solemne antiquitus fuit viduas ordinari Diaconis adhibita manus impositione, ut sequenti proxima dissertatione demonstrabitur.

DISSERTATIO II.

De Diaconis.

1. Diaconis in Ecclesiæ primitiva jam inde ab Apostolorum aetate multiplex erat officium, ut ex Clemente Papa Romano sancti Petri discipulo, ex Ignatio, atque ex Epiphiano, aliique veteribus colliguntur. Ignatius quidem epist. 12. ad Antiochenos, curam illis attribuit januarium sacerdotum vestibulorum, scilicet eius partis Ecclesiæ ad quam sola femina admittebantur. His enim Diaconis præfiebantur, *as uas r̄as quæs*

*q̄as éiōas uas r̄as t̄as éiōas sacerdos. Saluto in Christo Diaconis sacrorum vestibulorum custodes. Quemadmodum etiam Janus locorum, ad quæ soli viri conveniebant præfiebantur janitores, quos pariter ibidem Ignatius salutat *uas r̄as*.*

2. Sanctus martyr Clemens Papa lib. 3. Constitutionum cap. 15. & 16. hac pariter Diaconis assignat officia, ut scilicet pia Sacerdotum & Diaconorum mandata apud feminas exequantur, sive distribuendarum elemosynarum, sive mutuarum reconciliacionum, sive fanaticarum admonitionum aut iussionum Ecclesiasticarum, sive catecheseon ejusdem sexus gratia. Sic enim præcavabantur, ne Clericorum cum feminis conversations fontem fugerent vel peccatis, vel suspicionibus prævis. Adjungi ibidem munus Diaconarum verificari circa catechizandas catechumenas, & propisciendum ne qua hora vestibus exuebantur ad baptisnum, vel baptizate in vertice a Sacerdoti perungebantur, quidquam præter decentiam aspectui, vel contactui Sacerdotis concurreret: ipsaque Diaconis reliquæ unctiones in multis Ecclesiæ suis manibus prosequerantur. Eadem similiter scribit Epiphianus haren 79. quæ est Collyridianorum. Concilium pariter Carthaginense sub Anatasio Papa quartum can. 12. præscribit Diaconis ministerium instruendi feminas baptismi fonte abluiendas.

3. Videndum nunc de viduis Diaconis, quali etate eligebantur, quoniam' habitu vestiebantur, & utrum imponitione manus tales configuerentur. Quod in primis ad earum spectat atatem, providet Apostolus 1. Tim. 5. ut eligatur vidua non minus sexaginta annorum, neque bigama. Tertullianus lib. de velan. virgin. hæc loquitur de Diaconis: ad quam sedem preter annos sexaginta non eliguntur. His stipulatur S. Hieronymus in Isa. cap. 3. Nec Ecclesiastis vidua sustentatur dimensis, nisi que sexaginta annorum est, & matritatem habet pariter morum & etatis. Extat pariter constitutio Theodosii senioris Augusti, cuius meminit Sozomenus lib. 7. c. 16. quæque legitur in Codice Theodosiano de Episc. & Cler. 1. 27. Ut nulla nisi emensis sexaginta annis, cui vorax domi proles sit, secundum Apostoli preceptum ad Diaconarum consoritum promoveatur.

4. Virginibus quidem, & facris Monialibus, quia inclusa, neque totidem ac Diaconis munieribus exterioribus addicte erant, sufficiebat ad velamen suscipiendum annorum 40. etatis. Auctor quidem vita S. Leonis Papæ primi, quæ est in Pontificali, sic de hoc attestatur: *Hic quoque constituit, ut Monache non acciperent velamina capitis benedictionem nisi probata fuerint in virginitate sexaginta* (aut ut Codices regii referunt, sexaginta novem) annis. Verutamen nihil tale prosus in tanti Pontificis, qua plurima extant, decretis reperi potest. Quinimum Synodus ecumenica Chalcedonensis, quæ S. Leone Papa auctore celebrata fuit, cuicidem idem per legatos ex suo latere missos presedit, quam & sua roboravit confirmatione, præfixit solum Diaconis ordinandi annum quadragesimum etatis, can. 15. Quintum eodem S. Pontifice Leone suadente, Majorianus Augustus edidit Novella 8. ne qua virgo a suis parentibus oblata sacrum velamen accipiat ante 40. etatis annum. Eaque limitatur constitutio in illis que a parentibus offeruntur, ad consulendum puellarum libertati, ne qua vis aut coactio a progenitoribus feret. Quavis autem in illis Ecclesiæ primordiis, providerit Apostolus, Diaconis non admitti ante annos etatis sexaginta, processu temporum illa praesentio annorum sensum laxata fuit, & ad annos etatis quadraginta restricta est: ut perspicuum sit per memoratum Chalcedonensem canonem, & insuper conformem Agathensem Concilii can. 19. qui tamen non de Diaconis, sed de sanctimonialibus velandis dcscerit: *Sanctimoniales, quamlibet vita carum & mores probati sint, ante annum etatis sua quadragesimum non velentur*. Qui canon falso a Gratiano attribuitur Concilio Carthaginensi tertio: can. Sanctimoniales, 20. q. 1. Concilium in Trullo Quiniseptum can. 14. & Vormatiense can. 73. Diaconis expresse vetant ordinari, sicut & Chalcedonensis canon. 15. antequam attigerit quadragesimum etatis annum.

5. Diaconarum habitum fuisse a seculari distinctum probat Concilii quarti Carthaginensis can. 104. his verbis: *Vidua, que se deuoverunt Domino, & ueste laicali abjecta sub testimonio Episcopi & Ecclesiæ in religioso habitu apparetur*. Et qui præcedit can. 103. easdem dicit stipendiis Ecclesiastum sustentari. Concilium pariter Tolestanum quartum can. 55. haec de distinctis ab habitu faculari vestibus enunciavit; *Que forma servabatur etiam in viduis; virginibusque sacris, ac penitentibus feminis que sanctimoniales habitum induerunt, & postea aut vestem mutaverunt, aut ad nuptias transferunt*. Viduas tandem, quales erant Diaconis, velari omnino prohibet Gelasius Papa, epist. 9. ad Lucanos & Siculos, can. 13.